

fel. ex eo veniat Silo, quod innuit verbis sequentibus, nec legislator de medio pedum ejus 4. bæreditatis fæcunditatem vid. T. comodè fortassis & sic pertractatur, ut dicti hujus I.. instituitur *Explicatio II.* à strophis Judaicis & Judaizantibus vindicatio. *III.* brevis quadam ad summos fidei articulos applicatio, Ad prioris membrum requiritur, 1. *Logica dispositio*, quo labore defunctus est *Celeber Theolog. p.m. D. Gesnerus* hunc in locum Disputatione, 38. quamq; jam in limine inuimus; 2. succedit *vocum difficiliorum euucleatio*, quæ cum textui nostro lucem afferre possit, post habenda non erit, & 3. *Philologica observatio*. Medium membrum prius lustrabimus, ordiemur vero à primis textus nostri verbis.

תְּתַתְּ יְהוָה tu es Jehuda, pronomen enim תְּתַתְּ more Ebræorum Ghaldæorum & Syrorum, pro verbo substantivo, uti & prima persona ejusdem pronominis, ut cum aliis observat, *Ludov.de Dieu* p.134. sæpe adhibetur, nec non apud Arabes, pronomen quod est tertiae personæ, pro substantivo verbo, cuiusvis personæ sæpiissimè usurpat, *Docente Clariß. Erpenio, in Gram. Arabic. p.149.* Est hic modus loquendi emphaticus, ut eum etiam B. Lutb. Tom. 5. p 196. expressit, *Juda du bist der Mann / daß rechte Kind von Eea. &c. &c. & Junius cum Tremell. in B:bl.m.t. Juda te te inquam laudabunt fratres.* תְּתַתְּ יְהוָה à themate s. rad. תְּתַתְּ cujus tres significations *Buxtorf. in concord. Ebraicis ex S. litteris recentet*, 1. jacere & jaculari, *Zach 2.4. obad. 1.11. Nah. 3.10. Job. 3.52.* 2. celebrare, ut ea significatio ex infinitis fere dictis, potest erui, vid. ibi 3. Confiteri, prior signif. in *Kal. & Piel. posteriores. v. in Hipbl. & Hippael, usitatores*, Et hinc vox ipsa תְּתַתְּ filio Patriarchæ Jacobi indita à LEA, sonat filium gratiarum actionis, quod alta voce de filio sibi nato, vel quem pepererat Jacobo, Deo grates persolvisset, וְעַלְכֵן קָרָא שָׁמֹן יְהוָה אֶת תְּתַתְּ intelligit v. nomen hoc fundamentaliter: utaliis lubet loqui, materialiter sumptum, prærogativam sc. & eminentiam, quod ea omni laude digna esset. Vid. *D. Gerb. in Disp. 2. in c. 49.* de aliis vero circa hoc nomen quærere solutis infra, hic saltem notetur, quod ij, qui in N.T. hoc insigniti fuere nomine, more Syrorum Thaddi dicantur, ut *Marc. 3.18.* וְעַלְכֵן & *Matth. 13.4.* Syri enim longas Ebræo-

rum